

Septima docet. actum liberum volitis consistere in terminatione perfectionibus nrijs superaddita ab ijs tmn virtutibus et quidem secundum Esparzam et Haunold. virtutibus intrinsecis, vista quoque sub ratione terminationis sit defectibilis. unde docent aliqui, quod eadem terminatio à natura d. distinguatur virtutibus intrinsecis sicut relationes nriae, cum hoc tmn discrimine, quod relationes nriae sint à parte rei absolute compatibiles, et coexistentes, terminationes autem liberae sint incompatibiles, et una alteram à natura d. excludat; v.g. volitio mundi nolitionem eiusdem, à qua vicissim potuisset excludi, quia Deus non potest simul et semel velle et nolle. ita Esparza. citans d. Tho. item Haunold. Hanc autem tenet Gonet. excepto eo, quod illas partes, virtutibus intrinsecis non addat.

Dico 1. actus liber d. volitis non consistit in denominatione extrinseca proveniente ex actione productiva creaturarum Ples. Deus ab aeterno denominatur libere volens creaturas, atqui actio productiva denominans Deum liberum non est ab aeterno quo non denominat.

Dico 2do actus liber d. volitis non consistit in perfectione quadam Deo intrinseca, et extensiva, ratione dicta